



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

XLVII. Qui oblationes fidelium suppresserint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

438 LEO P.I. CONCILIVM VALENTIN. MARCIANVS IMPF.

Conc.
Arausic. I.
Can. 22.

ta non ordinentur diacones coniugati , nisi qui prius conuersionis proposito professi fuerint castitatem.

X L I V.

Si quis autem in posterum accepta benedictio ne leuitica cum vxore sua incontinentis inuenitur, ab officio abiiciatur.

X L V.

De his quos clericatui alligari ipsa vitæ gratia suggesserit , si forte internupta & duplicata matrimonia inciderunt , non ultra subdiaconatum ecclesiasticas capiant dignitates. Quod si facti forsitan sunt , ab ecclesiastico remoueantur officio.

X L VI.

Professas viduas , si connuentiam præstiterint , cum raptoribus esse damnandas.

X L VII.

Conc. Va-
fense I.
Can. 4.

Secundum constitutionem Synodi Vasensis , quicumque oblationem fidelium suppresserit , aut negauerit , ab ecclesia , cui fraudem fecerit , excludatur.

X L VIII.

Ibidem c. 5. Si quis episcopi sui sententiæ non acquiescit , Synodi legibus audiendum.

X L IX.

Secundum instituta seniorum , si quis a communione sacerdotali fuerit auctoritate suspensus , hunc non solum a clericorum , sed etiam a totius populi conloquio atque conuiuio placuit excludi , donec resipiscens ad sanitatem redire festinet.